

# The Project Gutenberg eBook of De Canibus Britannicis: Of Englishe Dogges

This ebook is for the use of anyone anywhere in the United States and most other parts of the world at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this ebook or online at [www.gutenberg.org](http://www.gutenberg.org). If you are not located in the United States, you'll have to check the laws of the country where you are located before using this eBook.

Title: De Canibus Britannicis: Of Englishe Dogges

Author: John Caius

Translator: Abraham Fleming

Release date: October 26, 2008 [eBook #27050]

Language: English, Latin

Credits: Produced by Louise Hope

\*\*\* START OF THE PROJECT GUTENBERG EBOOK DE CANIBUS BRITANNICIS: OF ENGLISH  
DOGGES \*\*\*

This text contains characters that require UTF-8 (unicode) file encoding, including a few Greek words:

œ (oe ligature)

ë ü (e, u with "tilde")

λοιμός, λιμός

If any of these characters do not display properly—in particular, if a diacritic does not appear directly above its letter—or if the apostrophes and quotation marks in this paragraph appear as garbage, you may have an incompatible browser or unavailable fonts. First, make sure that your browser's "character set" or "file encoding" is set to Unicode (UTF-8). You may also need to change the default font. Transliteration of all Greek is provided by mouse-hover popups.

The e-text consists of two titles: Caius's original *De Canibus Britannicis* and Fleming's translation *Of English Dogges*, both from the 1912 Cambridge edition of *Caius's Complete Works*. The separate texts are followed by a combined text, giving the Latin original and the English translation in interlocking segments. Note that the single large table of the Caius original was broken into five smaller "Dials" in the translation.

Numbers in the right margin show the pagination of the 1912 edition. Numbers in the left margin were printed in the gutter, parenthesized as shown; they represent pages (translation) or leaves (Latin) of the original editions, as used in their respective Indexes.

[Contents](#)

[De Canibus Britannicis](#)

[Of English Dogges](#)

[Combined Texts](#)

[Transcriber's Notes](#)

## IOANNIS CAII BRITANNI

DE CANIBVS BRITANNICIS, LIBER  
VNVS.

DE RARIORVM ANIMALIVM ET  
STIRPIVM HISTORIA, LIBER  
VNVS.

DE LIBRIS PROPRIIS, LIBER VNVS.

Iam primum excusi,

*Londini per Gulielmum  
Seresium typogra-  
phum.*

*Anno. 1570.*

## Contents

<b>De Canibus Britannicis</b>	<b>Of English Dogges</b>
Introduction	Dedication ( <i>Latin</i> )
Venatici	To the Reader
Aucupatorii	Introduction
Delicati	Hunting Dogs
Rustici	Fowling Dogs
Degeneres	Gentle Dogs
Table	Working Dogs
Nomina	Mongrels
Index	Names
	Index

### Parallel Texts

Introduction
Venatici
Aucupatorii
Delicati
Rustici
Degeneres
Names

# IOANNIS CAII BRITANNI

DE

*Canibus Britannicis libellus.*

*Ad Gesnerum.*

(1b) Scripsimus ad te (charissime Gesnere) superioribus annis variam historiam de variis quadrupedum, avium, atque piscium formis, variis herbarum atque fruticum speciebus & figuris. Scripsimus & de canibus quædam ad te seorsum, quæ in libro tuo de iconibus animalium ordine secundo mansuetorum quadrupedum, ubi de Canibus Scoticis scribis, & in fine epistolæ tuæ ad Gulielmum Turnorum de libris a te editis, inter libros nondum excusos, te editurum polliceris. Sed quia de Canibus nostris quædam in eo libello mihi videbantur desiderari, editionem prohibui, & alium promisi. Quamobrem, ut promissis meis stare, & expectationi tuæ satisfacerem, homini omnis cognitionis cupido, universitatem generis, differentiam atque usum, mores & ingenium, veluti methodo quadam conabor explicare. Dispertiar in tres species, Generosam, Rusticam, & Degenerem; sic ut de illa primò, de hac postremò, de rustica, medio loco tibi dicam. Omnes Britannicos vocabo; tum quòd una Insula Britannia, ut Anglicos omnes, sic quoque Scoticos omnes complectatur: tum quòd venatibus magis indulgemus, quia voluptati ex feris & venatione, propter animalium copiam, atque hominum otium, magis Britanni sumus dediti, quàm eorum animalium indigi & negotiosi Scoti. Ergo cum omnis ratio generosæ venationis, vel in persequendis feris, vel in capiendis avibus finiatur, canum, quibus hæc aguntur, duo genera sunt: alterum quod feras investiget, alterum quod aves persequatur. Utraque Latinis uno & communi nomine dici possunt venatica. Sed Anglis cum aliud esse videatur feras sectari, aliud aves capere, ut primum venationem, secundum aucupium nominant, ita canum nomina volunt esse diversa: ut qui feras lacesunt, venatici; qui aves, aucupatorii dicerentur. Venaticos rursus divido in quinque genera. Aut enim odoratu, aut visu fatigant feras, aut pernecitate vincunt, aut odoratu & pernecitate superant, aut dolo capiunt.

(2) Qui odoratu fatigat, & prompta alacritate in venando utitur, & incredibili ad investigandum sagacitate narium valet: a qua re nos sagacem hunc appellamus, quem Græci ab investigando ἰχνευτήν, à nare ῥινηλάτην dicunt. Huic labra propensa sunt, & aures ad os usque pendulæ, corporisque media magnitudo. Hunc Leverarium vocitabimus, ut universum genus in certas species atque nomina reducamus: cum alioqui usus aut officii nomine, in unitatem speciei adigi nullo modo queant. Nam alius leporis, alius vulpis, alius cervi, alius platycerotis, alius taxi, alius lutræ, alius mustelæ, alius cuniculi (quem tamen non venamur nisi casse & viverra) tantum odore gaudet: & in suo quisque genere & desiderio egregius est. Sunt ex his qui duos, ut vulpem atque leporem, variatis vicibus sequi student, sed non ea felicitate, qua id quod natura sequi

4  
Ex generosis venaticis.

Sagax.

Leverarius.

	docuit: errant enim sæpius. Sunt qui vulpem atque taxum solum, quos Terrarios	Terrarius.	
	vocamus; quod subeant terræ cuniculos, more viverrarum in venatu cuniculorum, & ita		
	terrent mordentque vulpem atque taxum, ut vel in terra morsu lacerent, vel è specu in		
	fugam aut casses cuniculorum ostiis inductas compellant. Sed hi in sagacium genere	Sanguinarius.	
	minimi sunt. Qui insequuntur, majores: propenso & hi labro atque aure, nec vivas		5
	tantum uti memorati omnes, sed & mortuas quoque conspersi sanguinis odore		
	persequuntur. Sive enim vivæ sauciantur feræ, atque è manibus venatorum elabuntur,		
(2b)	sive mortuæ ex vivario sublatae sunt (sed profusione sanguinis utræque) isti canes		
	odore facile persentiscunt, & subsequuntur. Eam ob causam ex argumento sanguinarii		
	appellatur. Cum tamen fieri solet ut furum astutia nullo consperso sanguine abripiatur		
	fera, etiam sicca hominis vestigia per extantissima spatia nullo errore sequi nõrunt, in		
	quantalibet multitudine discernere, per abditissima & densissima loca appetere, & si		
	flumina tranent etiam persequi, cumque ad ulteriorem ripam perventum est, circuitu		
	quodam qua fugitum est investigare, si primo statim odore in vestigium furis non		
	inciderint. Sic enim arte inveniunt, quod fortuna nequeunt, ut rectè videatur ab Æliano		
	scriptum lib. 6. cap. 59. de animalibus, τὸ ἐνθουμητικὸν καὶ διαλεκτικὸν, καὶ μέντοι καὶ		
	τὸ αἰρετὸν, hoc est, considerationem, ratiocinationem, atque etiam participationem seu		
	arbitrium canibus hisce venaticis inesse; nec ante cessant persequi, quàm sunt fures		
	comprehensi. Eos luce in tenebris habent heri, nocte producunt, quo alacriores in		
	persequendo sint assueti tenebris, quibus prædones delectantur maximè. Iidem, cum		
	fures insequuntur, non ea donantur libertate qua cum feras, nisi in magna celeritate		
	fugientium furum, sed loro retenti herum ducunt qua velit ille celeritate, sive pedes sit,		
	sive eques. In confiniis Angliæ atque Scotiæ propter frequentia pecorum & jumentorum		
	spolia, multus usus hujus generis canum est, & principio discit pecudem & armentum		
	persequi, postea furem relicto armento. In hoc genere nullus est aquaticus naturaliter,		
	nisi eos ita nominare placeat, qui Lutram insequuntur, qui subinde ripas, subinde aquas		
(3)	frequentant. Non recusant tamen omnes, aviditate prædæ tranantis flumina, etiam		
	aquis se committere. Sed hoc desiderii potius est, quàm naturæ. Quod autem ex his		
	aliquas Brachas nostri, Rachas Scoti sua lingua nominant, in causa sexus est, non		
	genus. Sic enim canes fœminas in venatico genere vocare solent nostri. Ad postremum,		
	in natura sagacium est, ut alii pervestigando taceant ante excitatam feram, alii statim		
	ad primum odorem voce prodant animal, etsi remotum adhuc, & in cubili; & quo		
	juniores, eo petulantioris oris & mendacioris sunt. Ætas enim & venandi assiduitas		6
	experientiam in his facit & certitudinem, ut in aliis omnibus, maximè, cum norint		
	obtemperare domino vel inhibenti vel animanti. Quod visu lacessit, nare nihil agit, sed	Agasæus.	
	oculo; oculo vulpem leporemque persequitur, oculo seligit medio de grege feram, &		
	eam non nisi bene saginatam & opimam oculo insequitur, oculo perditam requirit,		
	oculo, si quando in gregem redeat, discernit, cæteris relictis omnibus, secretamque		
	cursu denuo fatigat ad mortem. Agasæum nostri abs re, quòd intento sit in feram oculo,		
	vocant. Usus ejus est, in septentrionalibus Angliæ partibus magis quam meridionalibus;		
	locis planis & campestribus, quàm dumosis & sylvestribus; equitibus magis quàm		
	peditibus, quo ad cursum equos incitent (quibus delectantur magis quàm ipsa præda)		
	assuescantque sepes fossasque inoffensè & intrepidè transilire & aufugere, quò		
	insestros per necessitates & pericula salutem fuga sibi quærant, aut hostem		
	insequendo cum velint cædant. At si quando canis aberraverit, dato signo quàm mox		
	accurrit, & feram de integro subsequens, clara voce, cursuque celeri ut ante lacessit.	Leporarius.	
(3b)	Quod pernicitate vincit, leporarius dicitur, quòd præcipua ejus cura, præcipuusque		
	usus est in persequendo lepore. Quanquam & in capiendo platycerote, cervo, dorcade,		
	vulpe, & hoc genus aliis feris, & viribus & memorata velocitate valent: sed plus minus		
	pro suo quisque desiderio, & corporis firmitudine aut exilitate. Est enim strigosum		
	genus: in quo alii majores sunt, alii minores: alii pilo sessili, alii hirtio. Majores		
	majoribus, minores minoribus feris destinamus. Cujus naturam in venatione, magnam;		
	in hoc, miram deprehendi: quòd (referente Joanne Froisarto historico lib. hist. suæ 4.)		
	leporarius Richardi secundi Anglorum regis, qui ante neminem præter regem		
	agnoverat, venientem Henricum Lancastriæ ducem ad castellum Flintii ut Richardum		
	comprehenderet, relicto Richardo, Henricum solitis in Richardum favoribus exceperit;		
	quasi adversitates Richardi futuras intellexerat & præsentiscerat. Id quod Richardus		
	probe animadvertit, atque ut præsagium futuri interitus verbis non dissimulavit. Quod	Levinarius seu	
	sagacitate simul & pernicitate potest, & genere, & compositione corporis medium est	lorarius.	7
	inter sagacem illum & leporarium, & à levitate appellatur levinarius, à loro (quo		
	ducitur) lorarius. Hic propter velocitatem & gravius feram urget, & citius capit. Quod	Vertagus.	
(4)	dolo agit, vertagum nostri dicunt, quòd se, dum prædatur, vertat, & circumacto		
	corpore, impetu quodam in ipso specus ostio feram opprimit & intercipit. Is hoc utitur		
	astu. Cum in vivarium cuniculorum venit, eos non lacessit cursu, non latratu terret, nec		
	ullas inimicitias ostentat, sed velut amicus aliud agens, taciturna solertia		
	prætergreditur, observatis diligenter eorum cuniculis. Eò cum pervenerit, ita se humi		
	componit, ut & adversum ventum semper habeat, & cuniculum lateat. Sic enim ille		
	revertentis aut exeuntis cuniculi odorem facile sentit, & suus cuniculo omnino tollitur,		
	& prospectu fera fallitur. Ad hunc modum compositus canis, & prostratus, aut		
	exeuntem cuniculum & imprudentem in ipso specus ingressu versutè opprimit, aut		
	revertentem excipit, atque ad latentem herum ore perducit. Minor hic est sagaci illo,		
	strigosior, & erectiore aure. Corporis figura leporarium spurium diceret, si major esset.		
	Et quamvis eo minor multò sit, uno tamen die tot potest capere, quot justum equi onus		
	esse possunt. Dolus enim illi pro virtute est, & corporis agilitas. Huic similis canis furax	Canis furax.	
	est, qui jubente hero noctu progreditur, & sine latratu odore adverse persequens		

cuniculos, cursuprehendit quot herus permiserit, & ad heri stationem reportat. Vocant incolæ canem nocturnum, quòd venetur noctu. Sed hæc de iis qui feras insequuntur.

- (4b) Qui aves, proximum locum habent. Eos Aucupatorios dici ante proposuimus. Hi ex generosorum numero etiam sunt, & duùm generum. Alii enim per sicca tantum venantur: Alii per aquas tantum aves persequuntur. Qui per sicca tantum, aut libero vestigio & latratu avem investigant & excitant, aut tacito indicio eandem commonstrant. Primum genus Accipitri servit; secundum reti. Peculiarior nomina primum genus non habet, nisi ab ave ad quam venandam natura est propensius. Qua de causa falconarii hos phasianarios, hos perdiciarios, vocare solent. Vulgus tamen nostrum communi nomine Hispaniolos nominat, quasi ex Hispania productum istud genus primo esset. Omnes maxima ex parte candidi sunt: & si quas maculas habeant, rubræ sunt, raræ, & majores. Sunt & ruffi atque nigri, sed perpauca. Est & hodie novum genus ex Gallia advectum (ut novitatis omnes sumus studiosi) sed ex toto in albo obfuscatum maculosè, quem Gallicanum vocitamus. Secundum genus est, quod tacito pede atque ore avem quærit, & nutum juvantis heri sequitur, vel promovendo se, vel reducendo, vel in alterutram partem dextram aut sinistram declinando. Cum avem dico, Perdicem & Coturnicem intelligo. Cum invenerit, cauto silentio, suspensio vestigio, & occulto speculatu, humiliando se proreperit, & cum propè est, procumbit, & pedis indicio locum stationis avium prodit: unde canem indicem vocare placuit. Loco commonstrato, aucups exporrectum rete avi inducit. Quo facto, canis ad consuetum heri indicium seu vocabulum quam mox assurgit, & propinquiori præsentia aves perturbat, atque ut inexplicabilis irretiantur, facit. Quod artificium in cane, animali domestico, mirum videri non debet, cum & lepus agreste animal, & saltare, & tympanum anterioribus pedibus numero pulsare tympanistarum more, & canem dente atque ungue petere, pedibusque crudeliter cædere, in Anglia visus est omnium admiratione, anno salutis nostræ 1564. Nec est vanum istud, eoque relatum lubentius, quòd operæ pretium putarem, nihil prætereundum esse, in quo naturæ spectanda sit providentia. Qui per aquas aucupatur propensione naturali accedente mediocri documento, major his est, & promisso naturaliter hirtus pilo. Ego tamen ab armis ad posteriores suffragines, caudamque extremam, ad te (Gesnere) detonsum pinxi, ut usus noster postulat, quo pilis nudus expeditior sit, & minus per natationes retardetur. Aquaticus à nostris appellatur, ab aquis quas frequentat sumpta appellatione. Eo aut aves in aquis aucupamur (& præcipue anates; unde etiam anatarius dicitur, quod id excellenter facit) aut Scorpione occisas educimus, aut spicula sagittasve fallente ictu recuperamus, aut amissa requirimus: quo nomine & canes inquisitores eosdem appellamus. Quanquam Anas & canem & aucupem quoque egregiè subinde fallat, tum urinando, tum etiam dolo naturali. Etenim si quis hominum, ubi incubant aut excludunt, propinquabit, egressæ matres venientibus se sponte offerunt, & simulata debilitate vel pedum vel alarum, quasi statim capi possint, egressus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant obvios, & eludunt, quoad profecti longius, à nidis avocentur; caventque diligenter revertendo, ne indicium loci conversatio frequens faciat. Nec anaticularum studium segnius ad cavendum. Cum enim visas se persentiscunt, sub cespitem confugiunt aut carectum, quorum oblectu tam callidè proteguntur, ut lateant etiam deprehensæ, nisi fraudem canis odore detegat. Canem piscatorem (de quo scribit Hector Boethus) qui inter saxa pisces odore perquirat, nullum planè novi inter nostros, neque ex relatione aliquando audivi, etsi in ea re perscrutanda perdiscendaque diligentior fuerim inter piscatores & venatores: nisi Lutram piscem dicas, ut à multis creditur: quo modo & Pupinus avis piscis esse dicitur & habetur. Sed qui perquirat piscem (si quis perquirat) venationisne causa, an famis faciat, more cæterorum canum, qui per inedia cadaverum morticinam carnem appetere solent, tum demum ad te scribam, cum de ea re certior fiam. Interim id scio, Ælianum & Aetium Lutram κύνα ποτάμιον solere appellare. Intelligo etiam Lutram hoc habere cum cane commune, quòd per inopiam piscium excursions in terram faciat, atque agnos laniet, rursusque ad aquam satur redeat. Sed inter nostros canes is non est. Phoca etiam inter scopulos atque saxa prædatur piscem, sed in numero canum nostratum habitus non est, etsi canis marinus à nostris appelletur. Est & aliud genus canum generosorum apud nos, sed extra horum ordinem, quos Melitæos Callimachus vocat, à Melita insula in freto Siculo (quæ hodie usu derivante Malta vulgo dicitur, & christiano milite nobilis existit) unde ortum id genus habuit maximè: atque à Melita Siculi Pachyni, ut author Strabo est. Perexiguum id est planè, & foeminarum lusibus ac deliciis tantum expetitur, quibus, quo minus est, eo gratius est, ut sinu gestent in cubiculis, & manu in pilentis, genus sanè ad omnia inutile, nisi quòd stomachi dolorem sedat, applicatum sæpius, aut in sinu ægri gestatum frequentius, caloris moderatione. Quin & transire quoque morbos ægritudine eorum intelligitur, plerumque & morte: quasi malo in eos transeunte caloris similitudine.
- (5) Generosorum canum genus jam explicui: Nunc rusticum adjicio. In eo memorabilia duo tantum genera sunt: pecuarium seu pastorale, & villaticum seu Molossum: alterum ad propellendas injurias ferarum, alterum adversus insidias hominum utile. Pastorale nostrum mediocre est, quòd illi cum Lupo, naturali pecori inimico, res non est, cum apud nos nullus est, beneficio optimi principis Edgari, qui, quòd genus universum deleteretur, Cambris (apud quos in magna copia erant) vectigalis nomine in annos imperavit trecentos lupos. Sunt qui scribunt Ludwallum Cambriæ principem pendisse annuatim Edgario regi 3000 luporum tributi nomine, atque ita annis quatuor omnem Cambriam atque adeo omnem Angliam orbasse lupis. Regnavit autem Edgarus circiter annum Domini 959. A quo tempore non legimus nativum in Anglia visum lupum:
- (5b) Ex generosis aucupatoriis. Hispaniolus. Index. Lepus tympanum pulsat. Aquaticus seu inquisitor. Anatum fallaciæ. Anaticularum providentia. Canis piscator. Lutra. Pupinus. Phoca. Ex generosis delicatis, Melitæus seu fotor.
- (6) Ex rusticis. Pastoralis. Lupi nulli in Britannia. Edgarus.

advectum tamen quæstus faciendi causa ex alienis regionibus, ut spectetur tantum, tanquam animal rarum & incognitum, sæpius vidimus. Sed ad canem pastorem. Is ad certam heri iubentis vocem, aut ex pugno concluso & inflato clariorem sibilum, errantes oves in eum locum redigit, in quem pastor maximè desiderat; sic ut levi negotio, & immoto ferè pede, pastor quo velit modo ovibus moderetur, vel ut se promoveant, vel gradum sistant, pedem referant, vel in hanc illamve partem se inclinent. Etenim non ut in Gallia & Germania, non ut in Syria & Tartaria, sic in Anglia quoque oves pastorem sequuntur, sed contra, pastor oves. Quandoque etiam nullo procurrente aut circumeunte cane, ad solum ex pugno sibilum sese congregant palantes oves, metu canis credo, memores unà cum sibilo prodire quoque & canem solere. Id quod in itinere diligenter sæpius observavimus, ad pastoris sibilum refrænantes equos, quo videremus rei experimentum. Eodem etiam cane ovem vel mactandumprehendit, vel sanandum pastor capit, nulla prorsus læsione.

- (7) Villaticum vastum genus est & robustum, corpore quidem grave & parum velox, sed aspectu truculentum, voce terrificum, & quovis Arcadico (qui tamen ex leonibus creditur provenire) potentius atque acrius. Quòd villis fideliter custodiendis destinamus, cum metus est à furibus, villaticum appellamus. His quoque utile id est contra vulpem atque taxum, qui rem pecuariam faciunt. Valet etiam ad sues agrestes persequendos, domesticos è frugibus aut arvis abigendos, taurosque capiendos atque retinendos, cum usus aut venatio postulat, singuli singulos, aut summum duo singulos, quamvis intractabiles. Est enim acerrimum genus & violentum, formidabile etiam homini, quem non reformidat. Neque enim ad arma expavescit; quòque acrius fiat, assuescunt nostri naturam arte & consuetudine juvare. Etenim ursos, tauros, arctylos, aliaque fera animalia, præfectis certaminum arctophylacibus, nullo millo, nullo corio defenses exagitare: sæpe etiam cum homine sude, clava, enseve armato concertare decent, atque ita ferociores acrioresque reddunt, & imperterritos faciunt. Vis illis supra fidem, & pertinax mordacitas, usque adeo ut tres ursum, quatuor vel leonem comprehendant. Quod videns aliquando (ut fama est) HENRICUS septimus, Angliæ rex prudentissimus, quotquot erant suspendi jussit, indignatus ut infimi & ignobilis generis canes, generoso leoni, & animalium regi violentiam inferant: memorabili exemplo subditorum, ne quid contra regem gens rebellis audeat. Haud absimilis etiam historia de eo fertur, quod falconem quendam suum, à falconariis vehementer laudatum, quòd in aquilam quid auderet, quam mox occidi jussit, ob eandem rationem. Hoc genus canis, etiam catenarium, à catena ligamento, qua ad januas interdiu detinetur, ne solum lædat, & tamen latratu terreat, appellatur. Et quanquam Cicero <sup>A</sup> pro S. Ross. opinetur, si canes luce latrent, iis crura suffringantur, nostri tamen homines propter securitatem vitæ atque rei longe aliter sentiunt. Nam furum apud nos plena sunt omnia, etiam luce, neque infamem mortem suspendia metuunt. In causa est non curta res solum, sed vestis vitæque luxus atque fastus etiam, sed petulantia, sed otium & superbia Salaconum μεγαλορρόωντων, qui nihil aliud quàm ut equi insultare solo & gressus glomerare superbos, quàm gyro breviori flecti, qui nihil aliud quàm cevere, quàm otiosè mendicando accusata non merente corporis infirmitate spoliare. Sed his Valentinianus imperator benè prospexit, legibus latis, ut qui nullo corporis morbo laborantes, corporis infirmitatem desidiis ignavique prætexentes, mendicarent, perpetui colono ei inservirent, qui eorum ignaviam proderet atque accusaret, ne eorum desidia onerosa populo, odiosave sit exemplo. Alfredus quoque regno administrando tanta vigilantia justitiaque usus est, ut si quis per vias publicas incedens, marsupium auro plenum vesperi perdidisset, manè, atque adeo post mensem unum, integrum & intactum inveniret, uti Ingulphus Croylandensis in historia refert. Nostra autem ætate, nihil ferè securum, ne in ædibus quidem, quamvis accuratè conclusis. Custos quoque (Græcis οἰκουρὸς) a custodiendis non solum villis, sed & mercatorum ædibus, & quibus ampla res est domi, canis iste nominatur. Eam ob rem canes publicæ alebantur Romæ in Capitolio, ut significant si fures venerint. Dicitur & Lanarium, quòd eorum usus multus sit laniis agendis & capiendis bestiis. Sed & Molossicum quoque & Molossum latinis dicitur, à Molossia Epiri regione, ubi hoc genus canes boni & acres erant. Est ex hoc genere quem Mandatarium ex argumento appellamus: quòd domini mandato literas aliasve res de loco in locum transferat, vel mellio inclusas, vel eidem alligatas. Quæ ne intercipientur, vel pugna, vel fuga si impar sit, diligenter cavet. Est & Lunarium, quòd nihil aliud quàm excubias agit, quàm insomnes noctes totas protrahit baubando ad lunam, ut Nonii verbo utar. Ex quibus grandiores atque graviore, etiam rotæ amplioris circumactu, aquam ex altis puteis ad usus rusticos hauriunt, quos Aquarios appellamus ex officio: & sarctores ærarios vagos manticis ferendis memorabili patientia levant; à qua re sarcinarios nuncupamus. Præter has villaticorum qualitates atque usus, hanc unam habent præcipuam, quòd amantes dominorum sunt, & odium gerant in externos. Quo fit ut per itinera dominis in præsidio sunt, quos à furibus defendunt, vivos salvosque conservant: a qua re etiam canes defensores jure dici possunt. At si quando vel multitudine, vel majori vi opprimatur dominus atque concidat, usu compertum est, herum non deserere ne mortuum quidem, sed eum ad multos dies per famis & cœli injuriæ patientiam peramanter observare, & homicidam, si occasio dabitur, interficere, aut saltem prodere vel latratu, vel ira, vel hostili insultu, quasi mortem heri ulturum. Hujus rei exemplo fuit nostra memoria canis cujusdam viatoris, qui Londino recta Kingestonum, octo regum coronatione percelebre oppidum, profecturus, cum bonam itineris partem confecisset, latronum insidiis in Comparco, valli amplo & spatioso, nemoribus obsito, & latrociniis infami loco, occubuit. Canis item ille Britannus genere,

Villaticus seu Catenarius.

11

Henricus septimus.

Cicero.

Fures.

Valentinianus.

12

Alfredi vigilantia.

Canis custos.

Canis lanarius. Molossicus. Mandatarius.

Lunarius.

Aquarius.

Sarcinarius.

Defensor.

Canum amor & fides.

Kingestoune. 13

(9)	<p>quem Blondus sua memoria scribit, non longe Parisiis hero à rivali interempto, &amp; homicidam prodidisse, &amp; ni canis ultionem homicida deprecatus esset, jugulaturum fuisse. In incendiis quoque in conticinio seu intempesta nocte incidentibus, eo usque latrant annosi canes, etiam prohibiti, dum à domesticis excitatis percipiatur focus; &amp; tum sua sponte cessant à latratu, quod usu compertum est in Britannia. Nec minor erat fides in eo cane qui domino profundam foveam per venatum incidenti nunquam abfuit, dum sui unius indicio sublatus is per funem fuit: in quem, cum oris cavernæ proximus esset, insiliebat canis, tanquam ulnis amplexurus revertentem herum, impatiens longioris moræ. Sunt qui focum non patiuntur dissipari, sed prunas in focum pede remonent, prius cogitabundi aspicientes qua ratione id possit à se fieri. Quod si pruna ardentior fuerit, cinere obruunt, ac dein nare in locum promovent. Sunt quoque qui noctu villici officium præstant. Cum enim lectum petit herus, &amp; omnia centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri robora, nec custos absistit limine Janus (ut scribit Virgilius) tum si prodire jubeat herus canem, is per fundos omnes oberrat, quovis villico diligentior, &amp; si alienum quid invenerit sive hominem, sive bestiam, abigit, domesticis relictis animalibus atque servis. Sed quanta in his fidelitas, tanta varietas in ingeniis. Nam sunt qui ore infræno latent tantum nullo morsu; verum hi minus tremendi, quòd timidiore sunt. Canes enim timidi vehementius latrant, ut est in proverbio. Sunt qui latent atque mordeant. Ab his cavendum quidem, quia admonent futuræ injuriæ, sed non lacessendum, quoniam ira concitantur ad dentem, ipsi etiam natura acerbiores. Sunt qui sine voce prosiliunt, impetu involant, jugulum petunt, &amp; crudelius lacerant. Hos formidato, quia ammosiores sunt, &amp; incautos opprimunt. Istis notis ignavum genus a strenuo, audax a timido discernunt nostri. Etenim ex malo genere, ne catulum quidem habendum existimant, quòd nullum necessariis usibus humanis commodiorem canem isto putent. Nam si quis commemoratos eorum usus ad summas velit revocare, quis hominum clarius aut tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat, quam iste latratu?</p>	<p>Canum ingenia.</p>
(9b)	<p>quis domitor ferarum potentior? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis ultor aut vindex constantior? quis nuncius expeditior? quis aquarius laboriosior? quis denique sarctor ærarius gestandis sarcinis tolerantior? Atque hæc quidem de canibus Britannicis generosis atque rusticis, qui genus suum servant, diximus. De degeneribus, &amp; ex horum diverso genere mixtis, quòd nullam insignem veri generis qualitatem formamque referant, non est quod velim plura scribere, sed ut inutiles ablegare, nisi quòd vel advenas latratu excipiant, etiam luce, &amp; eorum adventus domesticos commonefaciant, unde canes admonitores appellamus: vel quòd in officio culinario, cum assandum est, inserviant, &amp; rota minore gradiendo, verua circumagant, pondereque suo æquabiliter versent, ut ne calo aut lixa quidem artificiosius; quos hinc canes versatores, seu veruversatores nostrum vulgus nominat: postremos omnium generum, quæ primo memoravimus. Sunt etiam canes nostri degeneres &amp; ad tympanum saltare, &amp; ad lyræ modos se movere docti, multaque alia erecti pronique facere, quæ à vagis quæstuosisque heris exequi didicerunt. Lyciscum <sup>B</sup> nullum istic in Anglia habemus nativum, ut ne lupum quidem ut est ante comprehensum, nec aliud genus ullum præter Lacænam &amp; Urcanum: illam ex cane &amp; vulpe (quam multam habet Anglia, &amp; domi inter canes vel animi vel morbi causa sæpè alit) hunc ex urso &amp; cane catenario; quos licet inimicos, pruriens tamen libido sæpè ita hic conjungit, ut alibi solet. Nam cum tigride Hircanos, cum leone Arcadicos, cum lupo Gallicos commiscuisse legimus. In hominibus quoque quibus ratio est, inimicos animos conciliat stulta illa res &amp; naturalis, ut Moria loquitur. Est hic urcanus, sæva bestia, &amp; intractabilis iræ (ut Gratii poetæ verbis utar) cæteros canes nostros omnes feroci crudelitate superans, vel aspectus torvitate terribilis, in pugna acris &amp; vehemens, tantaque mordacitate, ut citius discernas quàm dissolvas; nec lupum nec taurum, ursum aut leonem reformidat: vel cum cane illo Alexandri Indico certe conferendus. Sed de his hactenus ut de Britannicis verba fecimus. Externos aliquos &amp; eos majusculos, Islandicos dico &amp; Littuanicos, usus dudum recepit: quibus toto corpore hirtis, ob promissum longumque pilum, nec vultus est, nec figura corporis. Multis tamen quòd peregrini sunt, &amp; grati sunt, &amp; in Melitæorum locum assumpti sunt: usque adeo deditum est humanum genus etiam sine ratione novitatibus. ἐρώμεν ἄλλοτρίων, παρορώμεν συγγενεῖς, miramur aliena, nostra non diligimus. Neque hoc in canibus solum, sed in artificibus quoque usu venit. Nostros enim licet doctos &amp; peritos fastidimus, belluam è longinqua barbarie alienoque solo profectam tanquam asinum Cumani, aut hominem Thalem, nostri suspiciunt. Id quod Hippocrates sub initio libri sui περὶ ἀγῶνῶν recte sua ætate observavit, &amp; nos libello nostro seu consilio de Ephemera Britannica ad populum Britannicum copiosius explicuimus. Atque in hoc genere quo quisque indoctor, audacior, incogitantior, hoc pluris fit apud nostros, atque etiam apud torquatos istos principes atque proceres. Cæterum de externis canibus nihil dico, quòd de Britannicis tantum voto tuo satisfacere studeo, Conrade vir doctissime. Inter ea tamen quæ aliàs ad te dedi, de cane Getulo seorsum scripsi, quòd rara species ejus videbatur. De cætero genere, ipse plenissimè scribis. Verum cum longius jam produximus hunc libellum quàm priorem ad te, brevius tamen quam pro natura rei, quòd habuimus rationem studiorum tuorum, memoriæ causa quæ de canibus Britannicis diximus, in diagramma reducemus. Et quia vulgaribus nominibus delectaris, ut ex literis tuis didici, ea quoque Latinis apponemus, &amp; singulorum rationes exponemus, quo nihil tibi sit incognitum aut desideratum.</p>	<p>Notæ ignaviæ 14 aut audaciæ.</p>
(10)	<p>Ex degeneribus.</p> <p>Admonitor.</p> <p>Versator.</p> <p>Tympanista.</p> <p>Lyciscus.</p> <p>Lacæna.</p> <p>Urcanus.</p>	<p>Ex degeneribus.</p> <p>Admonitor.</p> <p>Versator.</p> <p>Tympanista.</p> <p>Lyciscus.</p> <p>Lacæna.</p> <p>Urcanus.</p>
(10b)	<p>Externi canes.</p> <p>Externa prælata.</p> <p>Canis Getulus.</p>	<p>Externi canes.</p> <p>Externa prælata.</p> <p>Canis Getulus.</p>

		Latina	Anglica	
Canes ergo Britannici, aut sunt	Generosi.	Venatici. Aucupatorii. Delicati.	Sagax. {Terrarius. Leverarius. Sanguinarius.}	Hunde {Terrare. Harier. Blud- hunde.
			Agasæus. Leporarius. Levinarius seu Lorarius. Vertagus.	{Gasehunde. Grehunde. Leviner, or Lyemmer. Tumbler.
			Hispaniolus. Index. Aquaticus, seu Inquisitor.	{Spainel. Setter. Water-spainel, or Fynder.
			Melitæus, seu Fotor.	{Spainel-gentle, or Comforter.
			Pastoralis. Villaticus, seu Catenarius.	{Shepherd's Dog. Mastive, or Bandedog.
			Admonitor. Versator. Saltator.	{Wappe. Turn-spit. Dancer.
			Rustici.	
			Degeneres.	

(11) Isti vocabula nostratia cum nihil apud te, hominem peregrinum, loquantur sine interpretatione, ut Latinorum vocabulorum rationem prius reddidimus, ita Anglicorum jam reddemus, quo tibi pateant universa, eo etiam quo prius observato ordine.

Hunde igitur (quem inter venaticos sagacem diximus) a verbo nostro hunte, quod apud nostros venari significat, unica tantum immutata litera derivata appellatione, nomen habet. Quod si a vocabulo vestrati hunde, (quod canem in universum apud vos significat) propter vocum similitudinem appellari credas (mi Gesnere) ut non magnopere repugnabo, cum adhuc retinemus multa Germanica vocabula, a Saxonibus cum Angliam occuparunt nobis relicta, ita illud admonebo, commune quidem nomen canis apud nos dogge esse, venatici vero canis hunde.

Similiter à verbo nostrati, Gase, (quòd fixius rem aliquam & attentius contueri est) Gasehunde appellatur nostris, quem ante Agasæum nominari diximus. Neque enim odoratu, sed prospectu attento & diligenti feram persequitur iste canis, ut jam ante memoravimus; etsi non sum nescius etiam apud Latinos Agasæi vocabulum inter canum nomina reperiri.

(11b) A Gre quoque, Grehunde apud nostros invenit nomen, quod præcipui gradus inter canes sit, & primæ generositatis. Gre enim apud nostros gradum denotat. Hunc latinè Leporarium dicebamus.

A levitate Leviner, à loro Lyemmer, appellatur is quem Levinarium & Lorarium latinè nominavimus. Nam Lyemme nostra lingua, Lorum significat. Quod autem a levitate Leviner, hoc est a latina voce Britannicam, diducimus: cur in libris nostris sparsim a Græcis dictionibus & Latinis Italicis & Germanicis, Gallicis & Hispanicis nostratia multa derivamus, unde ortum eadem multa habuerunt: & quemadmodum ab origine sua etiam multa per corruptionem jam declinarunt, libello nostro de symphonia seu consonantia vocum Britannicarum fusius explicabimus.

Postremus inter venaticos Vertagus est, quem Tumbler vocitamus; quòd tumble apud nos vertere est Latinis, & tumbiere Gallis, unde ortum habet id nomen Tumbler, mutata vocali in liquidam nostro more: contra quàm in lingua Gallica & Italica, in quibus liquida ante vocalem, magna ex parte in aliam vocalem vertitur, ut impiere & piano, pro implere & plano, quæ exempli gratia adduce, cum infinita sint.

Post Venaticos sequuntur Aucupatorii; inter quos primus est Hispaniolus, quem ab Hispania voce nomen accepisse prius diximus. Nostri omissa aspiratione & prima vocali, Spainel & Spaniel expediti sermonis causa proferunt.

Secundus Index, quem nostri a Setter nominare solent, a verbo sette, quod locum designare nostris Britannis significat.

(12) Post hunc subsequitur aquaticus, hoc est a Waterspainel, a vocibus Water & Spaine

(hoc est aqua & Hispania) deducto nomine. Nam aqua, in qua se exercet canis iste, Water; & Hispania (unde primum genus hoc tractum ex nomine creditur) Spaine apud nostros vocitatur. Non quòd isti canes non sint etiam nativi in Britannia, sed quòd generale & commune nomen canum, qui ex Hispania primò profecti putantur, istæ canum species (ut & cæteri Aucupatorii) adhuc vulgo referunt, etsi in Britannia oriantur, & peculiari aliqua vocis nota, aut qualitatis indicio secernantur apud nos; ut est ista species vocis Water, hoc est aquæ, appositione. Alio etiam nomine a Finder canis iste appellatur, quòd quærendo invenit res deperditas, quæ res nostris, fynde, hoc est invenire, dicitur. Nos tamen ab inquirendo latinum nomen huic fecimus, quòd præcipua pars inventionis in inquirendo est.

A venaticis & aucupatoriis transitus est ad Delicatos, Rusticos, & Degeneres. Delicatum, Melitæum & Spainel gentle, hoc est Hispaniolum generosum, nominavimus,

(12b) à generositatis nomine data appellatione, quòd inter nobiles viros atque fœminas versari, & iis in deliciis atque ad lusus esse consuevit: ut erat illud Gorgonis κυνίδιον apud Theocritum in Syracusiis, quod discedens servæ diligentiaē pari cura cum infante commiserat, ut catellum quidem illa intro revocaret, puerum verò vagientem placaret. Ad alia omnia inutilis canis iste est, nisi ad ea quæ jam ante diximus, nisi ad fovendum stomachum debilitatum frigore, nisi ad prodendum adulterium, quod fecisse hujus generis catellum quendam Siculum refert Ælianus, libro septimo, capite vicesimo quinto animalium.

Rusticos, Shepeherdes dogges, Mastives, & Bandedogges nominavimus: illorum quidem deducto nomine a pastore, qui Shepeherde apud nos dicitur, quòd custodit oves, quæ nostris, Shepe, appellantur: istorum a ligamento, quod Bande, & Sagina, quod maste, villicis nostris hominibus dicitur. Est enim crassum genus canum, & bene saginatum catenarium hoc. Etsi non sum nescius Augustinum Niphum, Mastinum (mastivum nostri dicunt) pecuarium existimare: & Albertum Lyciscum ex cane & lupo genitum esse scribere: quamvis idem pro Molosso magna ex parte vertat.

Rustici.

Ad postremum, degeneres Wappe & Turnespete nominari dicebamus: hunc a verbo nostrati turne, quòd est verto & spete, seu spede ad imitationem Italarum, quod veru dicitur; illum a naturali canis voce Wau, quam in latratu edit admonendo. Unde, originaliter Waupe dicendum fuit. Sed euphoniaē bonæque consonantiæ gratia, vocali in consonantem mutata, Wappe a nostris vocitatur. Etsi non me fugit Nonium, a voce naturali Bau, formare suum baubari, non a Wau, quemadmodum & Græci à suo βάρυζειν.

Versator.

19

(13) Jam verò quod dansare nostris, saltare sit Latinis, si didiceris, non est de canis saltatoris nostrati nomine amplius quod ipse expetas.

Saltator.

Ita habes (mi Gesnere) non solum canum nostratium genera, sed & nomina quoque Latina atque Anglica, officia atque usus, differentias atque mores, naturas & ingenia, ut non sit quod desideres in hoc argumento amplius. Et quanquam forsani omni ex parte non satisfecerim tibi in edendo (cui in desideriis omnis festinatio in mora esse videatur) quòd inhibuerim editionem rudioris illius libelli, quem ad te tanquam ad privatum amicum, non ad editionem publicam ante annos quinque dederim; tamen in hoc spero me satisfecisse tibi, quòd mora fecit aliquanto meliorem, & δεύτεραι φροντίδες lectu commodiorem.

*Joannis Caii Britanni de Canibus Britannicis libelli finis.*

*Iste liber scriptus fuit ante mortem Gesneri, etsi non ante publicatus, ut est ille de rariorum animalium atque stirpium historia.*

## In lib. Ioannis Caij Britanni de canibus Britannicis, index.

20

### A

<b>A</b> Dmonitor.	Fol. 9.a
Agasæus.	3.a. 11.a
Alfredi iustitia in fures.	7.b
Anatis providentia.	5.a
Anaticularum fallatiæ.	5.b
Aquaticus canis.	5.a. 12.a
Aquarius.	8.a
Aucupatorij.	11.b

### B

<b>B</b> Londus.	8.b
Bracha.	2.b

### C


<b>C</b> Anis cathenarius.	6.b
Canis tympanista.	9.b
Canis custos.	7.b
Canes externi.	10.a
Canis defensor.	8.a
Canis Lucernarius.	8.a
Canis mandatarius.	8.a
Canis piscator.	5.b
Canis pastoralis.	6.a
Canis Getulus.	10.a
Canis sarcinarius.	8.a



Canis timidus quo modo à strenuo discernendus.	9.a
Canis ultor.	8.b
Canis index.	4.b
Canis excubitor.	8.a
Canis furax.	4.a
Comparcum.	8.b
<i>D</i>	
<b>D</b> Egeneres canes.	9.a
Delicatus canis.	6.a. 12.a
Defensor.	8.a
<i>E</i>	
<b>E</b> Dgarus rex lupos sustulit.	6.b
Excubitor canis.	8.a
Externi canes.	10.a
Externa praelata.	10.a
<i>F</i>	
<b>F</b> Otor.	6.a
Furum plena omnia.	7.b
<i>G</i>	
<b>G</b> Enerosi venatici.	1.b
Generosi aucupatorij.	4.a
Generosi delicati.	6.a
Getulus canis.	10.a
<i>H</i>	
<b>H</b> Enrici septimi exemplum castigatæ rebellionis.	7.a
Hispaniolus.	4.b
<i>I</i>	
<b>I</b> Ndex canis.	4.b. 11.b
Ingulphus Croylandensis historicus.	7.b
Inquisitor.	5.a. & 12.a
Islandicus canis.	10.a
<i>K</i>	
<b>K</b> Yngeston, seu Kingestoune, octo regum (Edwardi primi, Athelstani, Edmundi, Aldredi, Edwini, Edgari, Edeldredi, Edwardi cognomento ferrei lateris) coronatione percelebre oppidum.	8.b
<i>L</i>	
<b>L</b> Aniarius.	8.a
Lacæna.	9.b
Leverarius.	2.a
Leporarius.	3.b. 11.a
Henrici secundi.	3.b
Levinarius.	3.b. 11.b
Lepus tympanista.	5.a
Liber de symphonia vocum Britannicarum.	11.b
Littuanicus canis.	10.a
Lorarius.	3.b
Lupos ex Anglia sustulit Edgarus rex.	6.a
Lupi nulli in Britannia.	6.a
Lutra an piscis? an canis piscator?	5.b
Lucernarius.	8.a
Lunarius.	8.a
Lyciscus.	9.a
<i>M</i>	
<b>M</b> Andatarius.	8.a
Melitæus.	6.a
Mendici valentes.	7.b
Molossus.	6.a. & b. & 8.a
<i>O</i>	
οἰκουρός.	8.a
Oves pastorem sequentes.	6.b
<i>P</i>	
Astoralis canis.	6.a

<b>P</b>	Phoca.	5.b
	Pupinus piscis & avis.	5.b
	Pervigil canis.	8.a
<i>R</i>		
<b>R</b>	Ustici canes.	6.a. 11.b
	Rebellionis exemplum castigatum.	7.a
<i>S</i>		
<b>S</b>	Agax.	1.b. 11.a
	Saltator.	9.a. 12.b
	Salacones.	7.b
	Sanguinarius.	2.a
	Sarcinarius.	8.a
<i>T</i>		
<b>T</b>	Errarius.	2.a
	Tympanista.	9.a
<i>V</i>		
<b>V</b>	Alentiniani imperatoris in validos mendicos lex.	7.b
	Venatici canes.	1.b
	Vertagus.	3.b. 11.b
	Versator.	9.b. 12.b
	Villaticus.	6.b
	Vrcanus.	9.b

*Indicis finis.*



¶ A Prosopopoicall speache  
*of the Booke.*

Some tell of starres th'influence straunge,  
Some tell of byrdes which flie in th'ayre,  
Some tell of beastes on land which raunge,  
Some tell of fishe in riuers fayre,  
Some tell of serpentes sundry sortes,  
Some tell of plantes the full effect,  
Of English dogges I sound reportes,  
Their names and natures I detect,  
My forhed is but baulde and bare:  
But yet my body's beutifull,  
For pleasaunt flowres in me there are,  
And not so fyne as plentifull:  
And though my garden plot so greene,  
Of dogges receaue the trampling feete,  
Yet is it swept and kept full cleene,  
So that it yeelds a sauour sweete.

*Ab. Fle.*

DOCTISSIMO VIRO, ET  
Patrono suo singulari D. Perne, E-  
*liensis ecclesiae Cathedralis dignissi-*

mo Decano, Abrahamus Flemingus,

ευδαμονιαν.

Scripsit non multis abhinc annis (optime Patrone) et non impolitè scripsit, vir omnibus optimarum literarum remis instructissimus, de doctorum grege non malè meritus, tuæ dignitati familiaritatis nexu coniunctissimus, clarissimum Cantabrigiensis academici lumen, gēma, et gloria, Johannes Caius, ad Conradum Gesnerum summum suum, hominem peritissimum, indagatorem rerum reconditarum sagacissimum, pulcherrimaq. historiarum naturalium panoplia exornatū, epitomen de canibus Britannicis non tam breuem quàm elegantem, et vtilem, epitomen inquam variis variorum experimentorum argumentis concinnatam; in cuius titulum cū forte incidissem, et nouitate rei nonnihilo delectarer, interpretationem Anglicam aggressus sum. Postquam vero finem penso imposuissem, repentina quædam de opusculi dedicatione cogitatio oboriebatur tādēque post multas multarum rerum iactationes, beneficiorum tuorum (Ornatissime vir) vnica recordatio, instar rutilantis stellæ, quæ radiorum splendore quaslibet caliginosas teterrimæ obliuionis nebulas dissipat, et memoriæ serenitatem, plusquā solarem, inducit, mihi illuxit; nec nō officii ratio quæ funestissimis insensæ fortunæ fulminibus conquassata, lacerata, et convulsa, penè perierat, fractas vires multumq. debilitatas colligebat, pristinum robur recuperauit, tandemque aliquando ex Lethea illa palude neruose emergebat, atque eluctata est. Quā voraginē simulatque euaserat, sic effloruit, adeoque increuit, vt vnamquamque animi mei cellulā in sui ditionem atque imperii amplitudinem raperet. Nunc vero in contemplatione meritorum tuorum versari non desino, quorum magnitudinem nescio an tam tenui et leuidensi orationis filo possim circumscribere: Hoc, Ædepol, me non mediocriter mouet, non leuiter torquet, non languide pungit. Est præterea alia causa quæ mihi scrupulum injicit, et quodammodo exulcerat, ingrati nempe animi suspicio a qua, tanquam ab aliqua Lernæa Hydra, pedibus (vt aiunt) Achilleis semper fugi, et tamē valde pertimesco ne officij mora et procrastinatio (vt ita dicam) obscenam securitatis labem nomini meo inurat, eoque magis expauesco quod peruulgatum illud atque decantatum poetæ carmen memoriæ occurrebat.

Dedecus est semper sumere nilque dare.

Sed (Ornatissime vir) quemadmodū metus illius mali me magnopere affligebat atque fodicabat, ita spes alterius boni, nempe humanitatis tuæ, qua cæteris multis interuallis præluxeris, erigit suffulcitque: Ea etiam spes alma et opima iubet et hortatur aliquod quale quale sit, officij specimen cum allacritate animi prodere. Hisce itaque persuasionibus victus me morigerum præbui, absolutamque de canibus Britannicis interpretationē Anglicam, tibi potissimum vtpote patrono singulari, et vnico Mæcenati dedicandū proposui: non quod tam ieiuno et exili munere immensum meritorum tuorum mare metiri machiner, non quod religiosas aures sacratasque, prophanæ paginæ explicatione obtundere cupiam, nec quod nugatoriis friuolisque narrationibus te delectari arbitrer, cum in diuiniioribus exercitationibus totus sis: sed potius (cedat fides dicto) quod insignis ille egregiusque liber alium artium, et præcipuè medicæ facultatis princeps (qui hoc opusculum contexuit) ita viguit dum vixerat adeoque inclaruit, vt haud scio (vt ingenuè fatear

quod sentio) an post funera parem sibi superstitem reliquerit. Deinde quod hunc libellum summo studio et industria elaboratum in transmarinas regiones miserat, ad hominem omni literarum genere, et præsertim occultarũ rerum cognitione, quæ intimis naturæ visceribus et medullis insederat (O ingeniũ niueo lapillo dignũ) cuius difficultates Laberynthis anfractibus flexuosisque recessibus impeditas perscrutari et iuuestigare (deus bone, quam ingês labor, quam infinitum opus,) excultum, Conradum Gesnerum scriberet, qui tantam gratiam conciliauit vt non solum amicissimo osculo exciperet, sed etiam stud lose lectitaret, accuratè vteretur, inexhaustis denique viribus, tanquam perspicacissimus draco vellus aureum, et oculis plusquam aquilinis custodiret, Postremo quemadmodum hanc epitomen a viro verè docto ad virum summa nominis celebritate decoratum scriptam fuisse accepimus, ita eandem ipsam (pro titulo Britannico) Britãnico sermone, licet ineleganti, vsitata et populari, ab esuriente Rhetore donatam, tuis (eruditissime vir) manibus commendo vt tuo sub patrocino in has atque illas regionis nostræ partes intrepide proficiscatur: obtestorque vt hunc libellum, humilem et obscuram inscriptionem gerentem, argumentum nouum et antehæc non auditum complectientem, ab omni tamen Sybaritica obscœnitate remotissimum, æqui bonique consulas.

Tuæ dignitati deditissimus

*Abrahamus*

*Flemingus.*

## To the well disposed Reader.

Sed quia de Canibus nostris quædam in eo libello mihi videbantur desiderari, editionem prohibui, & alium promisi. Quamobrem, ut promissis meis stare, & expectationi tuæ satisfacerem, homini omnis cognitionis cupido, universitatem generis, differentiam atque usum, mores & ingenium, veluti methodo quadam conabor explicare.

Dispertiar in tres species, Generosam, Rusticam, & Degenerem; sic ut de illa primò, de hac postremò, de rustica, medio loco tibi dicam.

I wrote vnto you (well beloued friende *Gesner*) not many yeares past, a manifolde historie, contayning the diuers formes and figures of Beastes, Byrdes, and Fyshes, the sundry shapes of plantes, and the fashions of Hearbes, &c.

I wrote moreouer, vnto you seuerally, a certayne abridgement of Dogges, which in your discourse vpon the fourmes of Beastes in the seconde order of mylde and tameable Beastes, where you make mencion of Scottishe Dogges, and in the wynding vp of your Letter written and directed to Doctour *Turner*, comprehending a Catalogue or rehearsall of your bookes not yet extant, you promised to set forth in print, and openly to publishe in the face of the worlde among such your workes as are not yet come abroad to lyght and sight.

But, because certaine circumstaunces were wanting in my breuiary of Englishe Dogges (as seemed vnto mee) I stayed the publication of the same, making promise to sende another abroad, which myght be commytted to the handes, the eyes, the eares, the mindes, and the iudgements of the Readers. Wherefore that I myght perfourme that precisely, which I promised solempnly, accomlishe my determination, and satisfy your expectation: which art a man desirous and capeable of all kinde of knowledge, and very earnest to be acquainted with all experimentes: I wyll expresse and declare in due order, the grand and generall kinde of Englishe Dogges, the difference of them, the vse, the propertyes, and the diuerse natures of the same, making a tripartite diuision in this sort and maner.

All Englishe Dogges be eyther of,

{ A gentle kinde, seruing the game.  
A homely kind, apt for sundry necessary vses.  
A currishe kinde, meete for many toyes.

Of these three sortes or kindes so meane I to entreate, that the first in the first place, the last in the last roome, and the myddle sort in the middle



Omnes Britannicos vocabo; tum quòd una Insula Britannia, ut Anglicos omnes, sic quoque Scoticos omnes complectatur: tum quòd venatibus magis indulgemus, quia voluptati ex feris & venatione, propter animalium copiam, atque hominum otium, magis Britanni sumus dediti, quàm eorum animalium indigi & negotiosi Scoti.

Ex generosis venaticis.

Ergo cum omnis ratio generosæ venationis, vel in persecuendis feris, vel in capiendis avibus finiatur, canum, quibus hæc aguntur, duo genera sunt: alterum quod feras investiget, alterum quod aves persecuatur.

Utraque Latinis uno & communi nomine dici possunt venatica.

Sed Anglis cum aliud esse videatur feras sectari, aliud aves capere, ut primum venationem, secundum aucupium nominant, ita canum nomina volunt esse diversa: ut qui feras lacessunt, venatici; qui aves, aucupatorii dicerentur.

Venaticos rursum divido in quinque genera. Aut enim odoratu, aut visu fatigant feras, aut pernecitate vincunt, aut odoratu & pernecitate superant, aut dolo capiunt.

Sagax.

Qui odoratu fatigat, & prompta alacritate in venando utitur, & incredibili ad investigandum sagacitate narium valet: a qua re nos sagacem hunc appellamus, quem Græci ab investigando ἰχνευτήν, à nare ῥινηλάτην dicunt. Huic labra propensa sunt, & aures ad os usque pendulæ, corporisque media magnitudo.

Leverarius.

Hunc Leverarium vocitabimus, ut universum genus in certas species atque nomina reducamus: cum alioqui usus aut officii nomine, in unitatem speciei adigi nullo modo queant.

seate be handled.

I cal thẽ vniuersally all by the name of English dogges, as well because England only, as it hath in it English dogs, so it is not without Scottishe, as also for that wee are more inclined and delighted with the noble game of hunting, for we Englishmen are adicted and giuen to that exercise, & painefull pastime of pleasure, as well for the plenty of fleshe which our Parkes and Forrests doe foster, as also for the oportunitie and conuenient leasure which we obtaine, both which, the Scottes want.

Wherfore seeing that the whole estate of kindly hunting consisteth principally,

In these two pointes,

{ In chasing the beast  
{ In taking the byrde

that is in

{ hunting  
{ fowleing

It is necessary and requisite to vnderstand, that there are two sortes of Dogges by whose meanes, the feates within specified are wrought, and these practyses of actiuitie cunningly and curiously compassed,

Two kindes of Dogges

{ One which rouseth the beast and continueth the chase,  
{ Another which springeth the byrde and bewrayeth flight by pursuite,

Both which kyndes are tearmed of the Latines by one common name that is, *Canes Venatici*, hunting dogges.

But because we Englishe men make a difference betweene hunting and fowleing, for that they are called by these seuerall wordes, *Venatio* & *Aucupium*, so they tearme the Dogges whom they vse in these sundry games by diuers names, as those which serue for the beast, are called *Venatici*, the other which are vsed for the fowle are called *Aucupatorij*,

The first kind called *Venatici* I deuide into fiue sortes.

{ The first in perfect smelling  
{ The second in quicke spying  
{ The thirde in swiftnesse and quicknesse  
{ The fourth in smelling & nymblenesse  
{ The fifte in subtiltie and deceitfulnesse,

excelleth.

#### Of the Dogge called a Harier, in Latine *Leuerarius*.

That kinde of Dogge whom nature hath indued with the vertue of smelling, whose property it is to vse a lustines, a readines, and a couragiousnes in hunting, and draweth into his nostrells the ayre or sent of the beast pursued and followed, we call by this word *Sagax*, the *Græcians* by thys word ἰχνευτήν of tracing or chasing by y<sup>e</sup> foote, or ῥινηλάτην, of the nostrells, which be the instrumentes of smelling. Wee may knowe these kinde of Dogges by their long, large, and bagging lippes, by their hanging eares, reachyng downe both sydes of their chappes, and by the indifferent and measurable proportion of their making.

This sort of Dogges we call *Leuerarios* Hariers, that I may comprise the whole nũber of them in certaine specialties, and apply to them their proper and peculier names, for so much as they cannot all be reduced and brought vnder one sorte, considering both the sundrye uses of them, and the difference of their seruice wherto they be appointed.

Nam alius leporis, alius vulpis, alius cervi, alius platycerotis, alius taxi, alius lutræ, alius mustelæ, alius cuniculi (quem tamen non venamur nisi casse & viverra) tantum odore gaudet: & in suo quisque genere & desiderio egregius est.

Some for

The Hare  
The Foxe  
The Wolfe  
The Harte  
The Bucke  
The Badger  
The Otter  
The Polcat  
The Lobster<sup>C</sup>  
The Weasell  
The Conny, &c.

Some for one thing and some for another.

Sunt ex his qui duos, ut vulpem atque leporem, variatis vicibus sequi student, sed non ea felicitate, qua id quod natura sequi docuit: errant enim sæpius.

As for the Conny, whom we haue lastly set downe, wee use not to hunt, but rather to take it, sometime with the nette sometime with a ferret, and thus euery seuerall sort is notable and excellent in his naturall qualitie and appointed practise.

Among these sundry sortes, there be some which are apt to hunt two diuers beasts, as the Foxe otherwhiles, and other whiles the Hare, but they hunt not with such towardnes and good lucke after them, as they doe that whereunto nature hath formed and framed them, not only in externall composition & making, but also in inward faculties and conditions, for they swarue oftentimes, and doo otherwise then they should.

Terrarius.

Sunt qui vulpem atque taxum solum, quos Terrarios vocamus; quod subeant terræ cuniculos, more viverrarum in venatu cuniculorum, & ita terrent mordentque vulpem atque taxum, ut vel in terra morsu lacerent, vel è specu in fugam aut casses cuniculorum ostiis inductas compellant. Sed hi in sagacium genere minimi sunt.

Of the Dogge called a Terrar, in Latine *Terrarius*.

Another sorte there is which hunteth the Foxe and the Badger or Greye onely, whom we call Terrars, because they (after the manner and custome of ferrets in searching for Connyes) creepe into the grounde, and by that meanes make afrayde, nyppe, and byte the Foxe and the Badger in such sort, that eyther they teare them in peeces with theyr teeth beyng in the bosome of the earth, or else hayle and pull them perforce out of their lurking angles, darke dongeons, and close caues, or at the least through cõceaued feare, driue them out of their hollow harbours, in so much that they are compelled to prepare speedy flight, and being desirous of the next (albeit not the safest) refuge, are otherwise taken and intrapped with snares and nettes layde ouer holes to the same purpose. But these be the least in that kynde called *Sagax*.

Sanguinarius.

Qui insequuntur, majores: propenso & hi labro atque aure, nec vivas tantum uti memorati omnes, sed & mortuas quoque conspersi sanguinis odore persequuntur.

Of the Dogge called a Bloudhounde in Latine *Sanguinarius*.

For whether the beast beyng wounded, doth notwithstanding enioye life, and escapeth the handes of the huntzman, or whether the said beast beyng slayne is conuayed clenly out of the parcke (so that there be some signification of blood shed) these Dogges with no lesse facilitie and easinesse, then auditie and greedinesse can disclose and bewray the same by smelling, applying to their pursute, agilitie and nimblenesse, without tediousnesse, for which consideration, of a singuler specialtie they deserued to bee called *Sanguinarij* bloudhounds.

Sive enim vivæ sauciantur feræ, atque è manibus venatorum elabuntur, sive mortuæ ex vivario sublatae sunt (sed profusione sanguinis utræque) isti canes odore facilè persentiscunt, & subsequuntur. Eam ob causam ex argumento sanguinarii appellantur.

The greater sort which serue to hunt, hauing lippes of a large syze, & eares of no small lenght, doo, not onely chase the beast whiles it liueth, (as the other doo of whom mencion aboue is made) but beyng dead also by any maner of casualtie, make recourse to the place where it lyeth, hauing in this poynt an assured and infallible guyde, namely, the sent and sauour of the blood sprinckled heere and there vpon the ground.

Cum tamen fieri solet ut furum astutia nullo consperso sanguine abripiatur fera, etiam sicca hominis vestigia per extentissima spatia nullo errore sequi

And albeit peradventure it may chaunce, (As whether it chaunceth sealdome or sometime I am ignorant) that a peece of fleshe be subtilly stolne and cunningly conuayed away with such prouisos and

nôrunt,

in quantalibet multitudine discernere, per abditissima & densissima loca appetere, & si flumina tranent etiam persequi, cumque ad ulteriorem ripam perventum est, circuitu quodam qua fugitum est investigare, si primo statim odore in vestigium furis non inciderint.

Sic enim arte inveniunt, quod fortuna nequeunt, ut rectè videatur ab Æliano scriptum lib. 6. cap. 59. de animalibus, τὸ ἐνθυμητικὸν καὶ διαλεκτικὸν, καὶ μέντοι καὶ τὸ αἰρετὸν, hoc est, considerationem, ratiocinationem, atque etiam participationem seu arbitrium canibus hisce venaticis inesse; nec ante cessant persequi, quàm sunt fures comprehensi.

Eos luce in tenebris habent heri, nocte producunt, quo alacriores in persequendo sint assueti tenebris, quibus prædones delectantur maximè.

Iidem, cum fures insequuntur, non ea donantur libertate qua cum feras, nisi in magna celeritate fugientium furum, sed loro retenti herum ducunt qua velit ille celeritate, sive pedes sit, sive eques.

In confiniis Angliæ atque Scotiæ propter frequentia pecorum & jumentorum spolia, multus usus hujus generis canum est, & principio discit pecudem & armentum persequi, postea furem relicto armento.

In hoc genere nullus est aquaticus naturaliter, nisi eos ita nominare placeat, qui Lutram insequuntur, qui subinde

precaueats as thereby all apparaunce of bloud is eyther preuented, excluded, or concealed, yet these kinde of dogges by a certaine direction of an inwarde assured notyce and priuy marcke, pursue the deede dooers, through long lanes, crooked reaches, and weary wayes, without wandring awry out of the limites of the land whereon these desperate purloyners prepared their speedy passage.

Yea, the natures of these Dogges is such, and so effectually is their foresight, that they cã bewray, seperate, and pycke them out from among an infinite multitude and an innumerable company, creepe they neuer so farre into the thickest thronge, they will finde him out notwithstanding he lye hidden in wylde woods, in close and ouergrown groues, and lurcke in hollow holes apte to harbour such vngracious guestes. Moreouer, although they should passe ouer the water, thinking thereby to auoyde the pursute of the houndes, yet will not these Dogges giue ouer their attempt, but presuming to swim through the streame, perseuer in their pursute, and when they be arriued and gotten the further bancke, they hunt vp and downe, to and fro runne they, from place to place shift they, vntill they haue attained to that plot of grounde where they passed ouer. And this is their practise, if perdie they cãnot at y<sup>e</sup> first time smelling, finde out the way which the deede dooers tooke to escape.

So at length get they that by arte, cunning, and diligent indeuour, which by fortune and lucke they cannot otherwyse ouercome. In so much as it seemeth worthely and wisely written by Ælianus in his sixte Booke, and xxxix. Chapter. τὸ ἐνθυμητικὸν καὶ διαλεκτικὸν. to bee as it were naturally instilled and powred into these kinde of Dogges. For they wyl not pause or breath from their pursute vntill such tyme as they bee apprehended and taken which committed the facte.

The owners of such houndes vse to keepe them in close and darke channells in the day time, and let them lose at liberty in the night season, to th'intent that they myght with more courage and boldnesse practise to follow the fellow in the euening and solitarie houres of darkenesse, when such yll disposed varlots are principally purposed to play theyr impudent pageants, & imprudent pranckes.

These houndes (vpon whom this present portion of our treatise runneth) when they are to follow such fellowes as we haue before rehersed, vse not that liberty to raunge at wil, which they haue otherwise when they are in game, (except upon necessary occasion, wheron dependeth an urgent and effectually perswasion) when such purloyners make speedy way in flight, but beyng restrained and drawne backe from running at randon with the leasse, the ende whereof the owner holding in his hand is led, gnyded, and directed with such swiftnesse and slownesse (whether he go on foote, or whether he ryde on horsebacke) as he himselve in hart would wishe for the more easie apprehension of these venturous varlots.

In the borders of England & Scotland, (the often and accustomed stealing of cattell so procuring) these kinde of Dogges are very much vsed and they are taught and trayned up first of all to hunt cattell as well of the smaller as of the greater growth, and afterwarde (that qualitie relinquished and lefte) they are learned to pursue such pestilent persons as plant theyr pleasure in such practises of purloyning as we haue already declared.

Of this kinde there is none that taketh the water naturally, except it please you so to suppose of them whych follow the Otter, whych sometimes haunte the

ripas, subinde aquas frequentant. Non recusant tamen omnes, aviditate prædæ tranantis flumina, etiam aquis se committere. Sed hoc desiderii potius est, quàm naturæ.

Quod autem ex his aliquas Brachas nostri, Rachas Scoti sua lingua nominant, in causa sexus est, non genus. Sic enim canes fœminas in venatico genere vocare solent nostri.

Ad postremum, in natura sagacium est, ut alii pervestigando taceant ante excitatam feram, alii statim ad primum odorem voce prodant animal, etsi remotum adhuc, & in cubili; & quo juniores, eo petulantioris oris & mendacioris sunt. Ætas enim & venandi assiduitas experientiam in his facit & certitudinem, ut in aliis omnibus, maximè, cum norint obtemperare domino vel inhibenti vel animanti.

Agasæus.

Quod visu lacessit, nare nihil agit, sed oculo; oculo vulpem leporemque persequitur, oculo seligit medio de grege feram, & eam non nisi bene saginatam & opimam oculo insequitur,

oculo perditam requirit, oculo, si quando in gregem redeat, discernit, cæteris relictis omnibus, secretamque cursu denuo fatigat ad mortem. Agasæum nostri abs re, quò intento sit in feram oculo, vocant.

Usus ejus est, in septentrionalibus Angliæ partibus magis quam meridionalibus; locis planis & campestribus, quàm dumosis & sylvestribus; equitibus magis quàm peditibus, quo ad cursum equos incitent (quibus delectantur magis quàm ipsa præda) assuescantque sepes fossasque inoffensè & intrepidè transilire & aufugere,

quò inessores per necessitates & pericula salutem fuga sibi quærant, aut hostem insequendo cum velint cædant.

lande, and sometime vseth the water. And yet neuertheless all the kind of them boyling and broyling with greedy desire of the pray which by swymming passeth through ryuer and flood, plung amyds the water, and passe the streame with their pawes. But this propertie proceedeth from an earnest desire wherwith they be inflamed, rather then from any inclination issuynge from the ordinance and appoyntment of nature.

And albeit some of this sort in English be called *Brache*, in Scottishe *Rache*, the cause hereof resteth in the shee sex and not in the generall kinde. For we English men call bytches, belonging to the hunting kinde of Dogges, by the tearme aboue mencioned. To bee short it is proper to the nature of houndes, some to keepe silence in hunting untill such tyme as there is game offered. Othersome so soone as they smell out the place where the beast lurketh, to bewray it immediatly by their importunate barcking, notwithstanding it be farre of many furlongs cowchyng close in his cabbyn. And these Dogges the younger they be, the more wantonly barcke they, and the more liberally, yet, oftymes without necessitie, so that in them, by reason of theyr young yeares and want of practise, small certaintie is to be reposed. For continuance of tyme, and experience in game, ministreth to these houndes not onely cunning in running, but also (as in the rest) an assured foresight what is to bee done, principally, being acquainted with their masters watchwordes, eyther in reuoking or imboldening them to serue the game.

Of the Dogge called the Gasehounde, in Latine *Agaseus*.

This kinde of Dogge which pursueth by the eye, preuayleth little, or neuer a whit, by any benefite of the nose that is by smelling, but excelleth in perspicuitie and sharpenesse of sight altogether, by the vertue whereof, being singuler and notable, it hunteth the Foxe and the Hare. Thys Dogge will choose and separte any beast from among a great flocke or hearde, and such a one will it take by election as is not lancke, leane and hollow, but well spred, smoothe, full, fatte, and round, it followes by the direction of the eyesight, which in deede is cleere, constant, and not uncertaine,

if a beast be wounded and gone astray this Dogge seeketh after it by the stedfastnes of the eye, if it chaunce peradventure to returne & bee mingled with the residue of the flocke, this Dogge spyeth it out by the vertue of his eye, leauing the rest of the cattell vntouched, and after he hath set sure sight upò it he separateth it from among the company and hauing so done neuer ceaseth untill he haue wearyed the Beast to death. Our countrey men call this dogge *Agasæum*. A gasehounde because the beames of his sight are so stedfastly setled and vnmoueaibly fastened.

These Dogges are much and vsually occupied in the Northern partes of England more then in the Southern parts, & in fealdy landes rather then in bushy and wooddy places, horsemen vse them more then footemen to th'intent that they might prouoke their horses to a swift galloppe (wherwith they are more delighted then with the pray it selfe) and that they myght accustome theyr horse to leape ouer hedges & ditches, without stoppe or stumble, without harme or hassard, without doubt or daunger, and so escape with safegard of lyfe.

And to the ende that the ryders themselues when necessitie so constrained, and the feare of further mischiefe inforced, myght saue themselues

At si quando canis aberraverit, dato signo quàm mox accurrit, & feram de integro subsequens, clara voce, cursuque celeri ut ante lacescit.

Leporarius.

Quod pernecitate vincit, leporarius dicitur, quòd præcipua ejus cura, præcipuusque usus est in persequendo lepore. Quanquam & in capiendo platycerote, cervo, dorcade, vulpe, & hoc genus aliis feris, & viribus & memorata velocitate valent: sed plus minus pro suo quisque desiderio, & corporis firmitudine aut exilitate.

Est enim strigosum genus: in quo alii majores sunt, alii minores: alii pilo sessili, alii hirto. Majores majoribus, minores minoribus feris destinamus.

Cujus naturam in venatione, magnam; in hoc, miram deprehendi: quòd (referente Joanne Froisarto historico lib. hist. suæ 4.) leporarius Richardi secundi Anglorum regis, qui ante neminem præter regem agnoverat, venientem Henricum Lancastræ ducem ad castellum Flintii ut Richardum comprehenderet, relicto Richardo, Henricum solitis in Richardum favoribus exceperit;

quasi adversitates Richardi futuras intellexerat & præsentiscerat. Id quod Richardus probe animadvertit, atque ut præsagium futuri interitus verbis non dissimulavit.

Levinarius seu lorarius.

Quod sagacitate simul & pernecitate potest, & genere, & compositione corporis medium est inter sagacem illum & leporarium, & à levitate appellatur levinarius, à loro (quo ducitur) lorarius. Hic propter velocitatem & gravius feram urget, & citius capit.

Vertagus.

Quod dolo agit, vertagum nostri dicunt, quòd se, dum prædatur, vertat, &

vndamnified, and prevent each perilous tempest by preparing speedy flight, or else by swift pursute made vpon theyr enemyes, myght both ouertake them, encounter with them, and make a slaughter of them accordingly.

But if it fortune so at any time that this Dogge take a wrong way, the master making some vsuall signe and familiar token, he returneth forthwith, and taketh the right and ready trace, beginning his chase a fresh, & with a cleare voyce, and a swift foote followeth the game with as much courage and nimblenesse as he did at the first.

Of the Dogge called the Grehounde, in Latine *Leporarius*.

There is another kinde of Dogge which for his incredible swiftnesse is called *Leporarius* a Grehounde, because the principall seruice of them dependeth and consisteth in starting and hunting the hare, which Dogges likewise are indued with no lesse strength then lightnes in maintenance of the game, in seruing the chase, in taking the Bucke, the Harte, the Dowe, the Foxe, and other beastes of semblable kinde ordained for the game of hunting. But more or lesse, each one according to the measure and proportion of theyr desire, and as might and habilitie of theyr bodyes will permit and suffer.

For it is a spare and bare kinde of Dogge, (of fleshe but not of bone) some are of a greater sorte, and some of a lesser, some are smooth skynned, & some are curled, the bigger therefore are appoynted to hunt the bigger beastes, & the smaller serue to hunt the smaller accordingly.

The nature of these dogges I finde to be wonderful by y<sup>e</sup> testimoniall of histories. For, as Iohn Froisart the Historyographer in his 4. *lib.* reporteth. A Grehound of King Richard, the second y<sup>t</sup> wore the Crowne, and bare the Scepter of the Realme of England, neuer knowing any man, beside the kings person, whẽ *Henry Duke of Lancaster* came to the castle of *Flinte* to take King *Richarde*. The Dogge forsaking his former Lord & master came to *Duke Henry*, fawned upon him with such resemblaunces of goodwyll and conceaued affection, as he faoured King *Richarde* before: he followed the Duke, and vtterly left the King.

So that by these manifest circumstances a man myght iudge this Dogge to haue bene lightened wyth the lampe of foreknowledge & vnderståing, touchyng his olde masters miseryes to come, and vnhappinesse nye at hand, which King *Richarde* himselfe evidently perceaued, accounting this deede of his Dogge a Prophecy of his ouerthrowe.

Of the Dogge called the Leuiner, or Lyemmer in Latine *Lorarius*.

Another sort of dogges be there, in smelling singuler, and in swiftnesse incomparable. This is (as it were) a myddle kinde betwixt the Harier and the Grehounde, as well for his kinde, as for the frame of his body. And it is called in latine *Leuinarius*, a *Leuitate*, of lyghtnesse, and therefore may well be called a lyghthounde, it is also called by this worde *Lorarius*, a *Loro*, wherwith it is led. This Dogge for the excellency of his conditions, namely smelling and swift running, doth followe the game with more eagernes, and taketh the pray with a iolly quicknes.

Of the Dogge called a Tumbler, in Latine *Vertagus*.

This sorte of Dogges, which compasseth all by craftes, fraudes, subtelties and deceiptes, we

circumactō corpore, impetu quodam in ipso specus ostio feram opprimit & intercipit.

Is hoc utitur astu. Cum in vivarium cuniculorum venit, eos non lacessit cursu, non latratu terret, nec ullas inimicitias ostentat, sed velut amicus aliud agens, taciturna solertia prætergreditur, observatis diligenter eorum cuniculis.

Eò cum pervenerit, ita se humi componit, ut & adversum ventum semper habeat, & cuniculum lateat. Sic enim ille revertentis aut exeuntis cuniculi odorem facilè sentit, & suus cuniculo omnino tollitur, & prospectu fera fallitur.

Ad hunc modum compositus canis, & prostratus, aut exeuntem cuniculum & imprudentem in ipso specus ingressu versutè opprimit, aut revertentem excipit, atque ad latentem herum ore perducit.

Minor hic est sagaci illo, strigosior, & erectiore aure. Corporis figura leporarium spurium diceret, si major esset. Et quamvis eo minor multò sit, uno tamen die tot potest capere, quot justum equi onus esse possunt. Dolus enim illi pro virtute est, & corporis agilitas.

Canis furax.

Huic similis canis furax est, qui jubente hero noctu progreditur, & sine latratu odore adverse persequens cuniculos, cursuprehendit quot herus permiserit, & ad heri stationem reportat. Vocant incolæ canem nocturnum, quòd venetur noctu. Sed hæc de iis qui feras insequuntur.

Venatici.

Sagax.

{ Terrarius.  
{ Leverarius.  
{ Sanguinarius.

Hunde

{ Terrare.  
{ Harier.  
{ Blud-hunde.

Englishe men call Tumblers, because in hunting they turne and tumble, winding their bodyes about in circle wise, and then fearcely and violently venturing upō the beast, doth soddenly gripe it, at the very entrance and mouth of their receptacles, or closets before they can recouer meanes, to saue and succour themselues.

This dogge vseth another craft and subteltie, namely, when he runneth into a warren, or setteth a course about a connybrough, he hunteth not after them, he frays them not by barcking, he makes no countenance or shadow of hatred against them, but dissembling friendship, and pretending fauour, passeth by with silence and quietnesse, marking and noting their holes diligently, wherin (I warrant you) he will not be ouershot nor deceaued.

When he commeth to the place where Connyes be, of a certaintie, he cowcheth downe close with his belly to the groūd, Prouided alwayes by his skill and polisie, that y<sup>e</sup> winde bee neuer with him but against him in such an enterprise. And that the Connyes spie him not where he lurketh.

By which meanes he obtaineth the sent and sauour of the Connyes, carryed towardes him with the wind & the ayre, either going to their holes, or cōming out, eyther passing this way, or running that way, and so prouideth by his circumspection, that the selly simple Conny is debarred quite from his hole (which is the hauen of their hope and the harbour of their health) and fraudulently circumvented and taken, before they can get the aduantage of their hole. Thus hauing caught his pray he carryeth it speedily to his Master, wayting his Dogges returne in some conuenient lurking corner.

These Dogges are somewhat lesser than the houndes, and they be lancker & leaner, beside that they be somewhat prick eared. A man that shall marke the forme and fashion of their bodyes, may well call them mungrell Grehoundes if they were somewhat bigger. But notwithstanding they counteruaile not the Grehound in greatnes, yet will he take in one dayes space as many Connyes as shall arise to as bigge a burthen, and as heauy a load as a horse can carry, for deceit and guile is the instrument wherby he maketh this spoyle, which pernicious properties supply the places of more commendable qualities.

Of the Dogge called the theeuishe Dogge in Latine *Canis furax*.

The like to that whom we have rehearsed, is the theeuishe Dogge, which at the mandate and bydding of his master steereth and leereth abroade in the night, hunting Connyes by the ayre, which is leuened with their sauour and conueyed to the sense of smelling by the meanes of the winde blowing towardes him. During all which space of his hunting he will not barcke, least he shoulde bee preiudiciall to his owne aduantage. And thus watcheth and snatcheth up in course as many Connyes as his Master will suffer him, and beareth them to his Masters standing. The farmers of the countrey and uplandishe dwellers, call this kinde of Dogge a nyght curre, because he hunteth in the darke. But let thus much seeme sufficient for Dogges which serue the game and disport of hunting.

¶ A Diall pertaining to the *first Section*.

Dogges seruing y<sup>e</sup> pastime of hunting beastes. are diuided into

{ Hariers  
{ Terrars  
{ Bloudhounds

Agasæus. Gasehunde.  
Leporarius. Grehunde.  
Levinarius seu Lorarius. Leviner, or Lyemmer.  
Vertagus. Tumbler.

Gasehounds  
Grehounds  
Leuiners or Lyemmers  
Tumblers  
Stealers

In Latine called *Venatici*.

## The seconde Section of *this discourse*.

Of gentle Dogges seruing the hauke, and first of the Spaniell, called in Latine *Hispaniolus*.

Ex generosis aucupatoriis.

Qui aves, proximum locum habent. Eos Aucupatorios dici ante proposuimus.

Svch Dogges as serue for fowling, I thinke conuenient and requisite to place in this seconde Section of this treatise. These are also to bee reckoned and accounted in the number of the dogges which come of a gentle kind, and of those which serue for fowling.

Hi ex generosorum numero etiam sunt, & duum generum. Alii enim per sicca tantum venantur: Alii per aquas tantum aves persequuntur.

There be two sortes

{ The first findeth game on the land.  
{ The other findeth game on the water.

Qui per sicca tantum, aut libero vestigio & latratu avem investigant & excitant, aut tacito indicio eandem commonstrant.

Such as delight on the land, play their partes, eyther by swiftnesse of foote, or by often questing, to search out and to spring the byrde for further hope of aduantage, or else by some secrete signe and priuy token bewray the place where they fall.

Primum genus Accipitri servit; secundum reti.

{ The first kinde of such serue  
{ The Hauke,  
{ The seconde,  
{ The net, or, traine,

Hispaniolus.

Peculiaris nomina primum genus non habet, nisi ab ave ad quam venandam natura est propensius. Qua de causa falconarii hos phasianarios, hos perdiciarios, vocare solent.

The first kinde haue no peculier names assigned vnto them, saue onely that they be denominated after the byrde which by naturall appointment he is allotted to take, for the which consideration.

Some be called Dogges,

{ For the Falcon  
{ The Phesant  
{ The Partridge

and such like,

Vulgus tamen nostrum communi nomine Hispaniolos nominat, quasi ex Hispania productum istud genus primo esset. Omnes maxima ex parte candidi sunt: & si quas maculas habeant, rubræ sunt, raræ, & majores. Sunt & ruffi atque nigri, sed perpauci.

The common sort of people call them by one generall word, namely Spaniells. As though these kinde of Dogges came originally and first of all out of Spaine, The most part of their skynnes are white, and if they be marcked with any spotted, they are commonly red, and somewhat great therewithall, the heares not growing in such thicknesse but that the mixture of them maye easely bee perceaued. Othersome of them be reddishe and blackishe, but of that sorte there be but a very few.

Est & hodie novum genus ex Gallia advectum (ut novitatis omnes sumus studiosi) sed ex toto in albo obfuscatum maculosè, quem Gallicanum vocitamus.

There is also at this day among vs a newe kinde of dogge brought out of Fraunce (for we Englishe men are maruailous greedy gaping gluttons after nouelties, and couetous coruorauntes of things that be seldom, rare, straunge, and hard to get.) And they bee speckled all ouer with white and black, which mingled colours incline to a marble blewe, which bewtifyeth their skinnes and affordeth a seemely show of comlynesse. These are called French dogges as is aboue declared already.

Index.

Secundum genus est, quod tacito pede atque ore avem quærit, & nutum iuuantis heri sequitur, vel promovendo se, vel reducendo, vel in alterutram partem dextram aut sinistram declinando. Cum avem dico, Perdicem & Coturnicem intelligo.

The Dogge called the Setter, in Latine *Index*.

Another sort of Dogges be there, seruiceable for fowling, making no noise either with foote or with tounge, whiles they followe the game. These attend diligently vpon theyr Master and frame their conditions to such becke, motions, and gestures, as it shall please him to exhibite and make, either going forward, drawing backward, inclining to the right hand, or yealding toward the left, (In making mencion of fowles, my meaning is of the Partridge & the Quaile)

Cum invenerit, cauto silentio, suspenso vestigio, & occulto speculatu, humiliando se prœrepat, & cum propè est, procumbit, & pedis indicio locum stationis avium prodit: unde canem indicem vocare placuit. Loco commonstrato, auceps exporrectum rete avi inducit.

Quo facto, canis ad consuetum heri indicium seu vocabulum quam mox assurgit, & propinquiori præsentia aves perturbat, atque ut inexplicabilis irretiantur, facit.

Lepus tympanum pulsat.

Quod artificium in cane, animali domestico, mirum videri non debet, cum & lepus agreste animal, & saltare, & tympanum anterioribus pedibus numero pulsare tympanistarum more, & canem dente atque ungue petere, pedibusque crudeliter cædere, in Anglia visus est omnium admiratione, anno salutis nostræ 1564.

Nec est vanum istud, eoque relatum lubentius, quò operæ pretium putarem, nihil prætereundum esse, in quo naturæ spectanda sit providentia.

Aquaticus seu inquisitor.

Qui per aquas aucupatur propensione naturali accedente mediocri documento, major his est, & promisso naturaliter hirtus pilo. Ego tamen ab armis ad posteriores suffragines, caudamque extremam, ad te (Gesnere) detonsum pinxi, ut usus noster postulat, quo pilis nudus expeditior sit, & minus per natationes retardetur.

Aquaticus à nostris appellatur, ab aquis quas frequentat sumpta appellatione. Eo aut aves in aquis aucupamur (& præcipue anates; unde etiam anatarus dicitur, quod id excellenter facit) aut Scorpione occisas educimus, aut spicula sagittasve fallente ictu recuperamus, aut amissa requirimus: quo nomine & canes inquisitores eosdem appellamus.

when he hath founde the byrde, he keepeth sure and fast silence, he stayeth his steppes and wil proceede no further, and with a close, couert, watching eye, layeth his belly to the grounde and so creepeth forward like a worme. When he approacheth neere to the place where the birde is, he layes him downe, and with a marcke of his pawes betrayeth the place of the byrdes last abode, whereby it is supposed that this kinde of dogge is called *Index*, Setter, being in deede a name most consonant and agreable to his quality.

The place being knowne by the meanes of the dogge, the fowler immediatly openeth and spreadeth his net, intending to take them, which being done the dogge at the accustomed becke or vsuall signe of his Master ryseth vp by and by, and draweth neerer to the fowle that by his presence they might be the authors of their owne insnaring, and be ready intangled in the prepared net,

which conning and artificiall indeuour in a dogge (being a creature domesticall or householde seruaunt brought vp at home with offalls of the trencher & fragments of victualls,) is not much to be maruailed at, seing that a Hare (being a wilde and skippishe beast) was seene in England to the astonishment of the beholders, in the yeare of our Lorde God, 1564, not onely dauncing in measure, but playing with his former feete vpon a tabberet, and obseruing iust number of strokes (as a practitioner in that arte) besides that nipping & pinching a dogge with his teeth and clawes, & cruelly thumping him with y<sup>e</sup> force of his feete.

This is no trumpery tale, nor trifling toye (as I imagine) and therefore not vnworthy to bee reported, for I reckon it a requitall of my trauaile, not to drowne in the seas of silence any speciall thing, wherin the prouidence and effectuall working of nature is to be pondered.

Of the Dogge called the water Spaniell, or finder, in Latine *Aquaticus seu Inquisitor*.

That kinde of Dogge whose seruice is required in fowling vpon the water, partly through a naturall towardnesse, and partly by diligent teaching, is indued with that property. This sort is somewhat bigge, and of a measurable greatnesse, hauing long, rough, and curled heare, not obtayned by extraordinary trades, but giuen by natures appointment, yet neuertheless (friend *Gesner*) I have described and set him out in this maner, namely powlde and netted from the shoulders to the hindermost legges, and to the end of his tayle, which I did for vse and customs cause, that beyng as it were made somewhat bare and naked, by shearing of such superfluitie of heare, they might atchiue the more lightnesse, and swiftnesse, and be lesse hindered in swymming, so troublesome and needelesse a burthen being shaken of.

This kinde of dogge is properly called, *Aquaticus*, a water spaniel because he frequenteth and hath vsual recourse to the water where all his game & exercise lyeth, namely, waterfowles, which are taken by the helpe & seruice of them, in their kind. And principally duckes and drakes, wherupon he is lykewise named a dogge for the ducke, because in that quallitie he is excellent. With these dogges also we fetche out of the water such fowle as be stounge to death by any venemous worme, we vse them also to bring vs our boutes & arrowes out of the water, (missing our marcke) wherewith we directed our leuell, which otherwise we should hardly recouer, and oftentimes they restore to vs our shaftes which we thought neuer to see, touche or handle againe, after they were lost, for which circumstaunces they are



Anatum fallaciæ.

Quamquam Anas & canem & aucupem quoque egregiè subinde fallat, tum urinando, tum etiam dolo naturali. Etenim si quis hominum, ubi incubant aut excludunt, propinquabit, egressæ matres venientibus se sponte offerunt, & simulata debilitate vel pedum vel alarum, quasi statim capi possint, egressus fingunt tardiores.

Hoc mendacio sollicitant obvios, & eludunt, quoad profecti longius, à nidis avocentur; caventque diligenter revertendo, ne indicium loci conversatio frequens faciat.

Anaticularum providentia.

Nec anaticularum studium segnius ad cavendum. Cum enim visas se persentiscunt, sub cespitem confugiunt aut carectum, quorum obtectu tam callidè proteguntur, ut lateant etiam deprehensæ, nisi fraudem canis odore detegat.

Canis piscator.

Canem piscatorem (de quo scribit Hector Boethus) qui inter saxa pisces odore perquirat, nullum planè novi inter nostros, neque ex relatione aliquando audivi, etsi in ea re perscrutanda perdiscendaque diligentior fuerim inter piscatores & venatores:

Lutra.

nisi Lutram piscem dicas, ut à multis creditur:

Pupinus.

quo modo & Pupinus avis piscis esse dicitur & habetur. Sed qui perquirat piscem (si quis perquirat) venationisne causa, an famis faciat, more cæterorum canum, qui per inediam cadaverum morticinam carnem appetere solent, tum demum ad te scribam, cum de ea re certior fiam.

Interim id scio, Ælianum & Aetium Lutram κύνα ποτάμιου solere appellare. Intellego etiam Lutram hoc habere cum cane commune, quòd per inopiam piscium excursions in terram faciat, atque agnos laniet, rursusque ad aquam satur redeat. Sed inter nostros canes is non est.

Phoca.

Phoca etiam inter scopulos atque saxa prædatur piscem, sed in numero canum

called *Inquisitores*, searchers, and finders.

Although the ducke otherwhiles notably deceaueth both the dogge and the master, by dlying vnder the water, and also by naturall subtilty, for if any man shall approche to the place where they builde, breede, and syt, the hennes go out of their neastes, offering themselues voluntarily to the hãds, as it were, of such as draw nie their neasts. And a certaine weaknesse of their winges pretended, and infirmitie of their feete dissembled, they go so slowly and so leasurely, that to a mans thinking it were no masteryes to take them.

By which deceitfull tricke they doe as it were entyse and allure men to follow them, till they be drawne a long distaunce from theyr neastes, which being compassed by their prouident conning, or conning prouidence, they cut of all inconueniences which might growe of their returne, by using many carefull and curious caueates, least theyr often haunting bewray y<sup>e</sup> place where the young ducklings be hatched. Great therefore is theyr desire, & earnest is theyr study to take heede, not only to theyr broode but also to themselues.

For when they haue an ynckling that they are espied they hide themselues vnder turfes or sedges, wherwith they couer and shrowde themselues so closely and so craftely, that (notwithstanding the place where they lurcke be found and perfectly perceaued) there they will harbour without harme, except the water spaniell by quicke smelling discouer theyr deceptes.

Of the Dogge called the Fisher, in Latine *Canis Piscator*.

The Dogge called the fisher, wherof *Hector Boethus* writeth, which seeketh for fishe by smelling among rockes & stones, assuredly I knowe none of that kinde in Englande, neither haue I receaued by reporte that there is any suche, albeit I haue bene diligent & busie in demaunding the question as well of fishermen, as also of huntsmen in that behalfe being carefull and earnest to learne and vnderstand of them if any such were,

except you holde opinion that the beauer or Otter is a fishe (as many haue beleueed) & according to their beliefe affirmed,

and as the birde *Pupine*, is thought to be a fishe and so accounted. But that kinde of dogge which followeth the fishe to apprehend and take it (if there bee any of that disposition and property) whether they do this for the game of hunting, or for the heate of hunger, as other Dogges do which rather then they wil be famished for want of foode, couet the carckases of carrion and putrified fleshe. When I am fully resolued and disburthened of this doubt I wil send you certificate in writing.

In the meane season I am not ignorant of that both Ælianus, and Ælius, call the Beauer κύνα ποτάμιου a water dogge, or a dogge fishe, I know likewise thus much more, that the Beauer doth participate this propertie with the dogge, namely, that when fishes be scarce they leaue the water and raunge vp and downe the lande, making an insatiable slaughter of young lambes vntil theyr paunches be replenished, and whẽ they haue fed themselues full of fleshe, then returne they to the water, from whence they came. But albeit so much be graunted that this Beauer is a dogge, yet it is to be noted that we reckon it not in the beadrowe of Englishe dogges as we haue done the rest.

The sea Calfe, in like maner, which our country mẽ for breuitie sake call a Seele, other more largely name a *Sea Vele*, maketh a spoyle of fishes betweene

nostratium habitus non est, etsi canis  
marinus à nostris appelletur.

Aucupatorii.

{ Hispaniolus.  
{ Spainel.

{ Index.  
{ Setter.

{ Aquaticus, seu Inquisitor.  
{ Water-spainel, or Fynder.

Ex generosis delicatis,  
Melitæus seu fotor.

Est & aliud genus canum generosorum  
apud nos, sed extra horum ordinem, quos  
Melitæos Callimachus vocat, à Melita  
insula in freto Siculo (quæ hodie usu  
derivante Malta vulgo dicitur, &  
christiano milite nobilis existit) unde  
ortum id genus habuit maximè: atque à  
Melita Siculi Pachyni, ut author Strabo  
est.

Perexiguum id est planè, & fœminarum  
lusibus ac deliciis tantum expetitur,  
quibus, quo minus est, eo gratius est, ut  
sinu gestent in cubiculis, & manu in  
pilentis,

genus sanè ad omnia inutile, nisi quòd  
stomachi dolorem sedat, applicatum  
sæpius, aut in sinu ægri gestatum  
frequentius, caloris moderatione.

rockes and banckes, but it is not accounted in the  
catalogue or nūber of our Englishe dogges,  
notwithstanding we call it by the name of a Sea  
dogge or a sea Calfe. And thus much for our dogges  
of the second sort called in Latine *Aucupatorij*,  
seruing to take fowle either by land or water.

¶ A Diall pertaining to the *second Section*.

Dogges seruing the disport of fowling.  
are diuided into

